






1778, 4

SINGVLARIA GERMANORVM INSTITVTA

DE

PACE DOMESTICA



PROGRAMMA TERTIVM

QVO

PRAENOBILISSIMI IVRIVM CANDIDATI

IO. ERNEST. BERNH. EMMINGHAVS

IENENSIS

DISPVATIONEM SOLLEMNEM

D. XX. IVN. AN. CIOIÖCCLXXVIII.

INSTITVENDAM

RITE INDICIT

CAR. FRID. WALCHIVS, D.

ORDINIS IVRISCONS. H. T. DECANVS.



I E N A E

TYPIS STRAVSSIANIS.

seinen  
Größ-  
verbre-  
e Po-  
Zeit  
ig den  
nung  
hnten  
mar-  
n und  
ihres  
sien  
har;  
d zer-  
setzen;  
rischer  
elzug  
igten;  
uropa,  
pforte  
gebäu-  
Sar-  
Wider-  
hränkt  
Die  
ng ist  
chwär-  
er voll-  
se be-  
osephs  
en am



INSTITUT FÜR ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE

DE

PAGE DOMESTICA

PROGRAMM FÜR DIE ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE

PROGRAMM FÜR DIE ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE

PROGRAMM FÜR DIE ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE

IO ERNEST BERNH. EMMINGHAUS

UNIVERSITÄT WÜRZBURG

PROGRAMM FÜR DIE ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE

PROGRAMM FÜR DIE ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE

CAR ERID. WALCHIVS, D.

PROGRAMM FÜR DIE ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE

PROGRAMM FÜR DIE ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE

PROGRAMM FÜR DIE ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE

PROGRAMM FÜR DIE ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE





**Q**UVM sanctitas, quam maiores nostri nomine *pacis* designarent *domesticae*, aedibus quidem; in fauorem tamen illarum possessoris tribueretur: *forma* illius ita est comparata, vt diuersa profecto ratione sese ostendat, ac partim intuitu ipsius aedificii; partim intuitu illorum, qui in aedibus commorantur, locum habeat. Etsi in prioribus commentationibus copiosius a me sit monstratum, aedes saltem referendas esse inter res, quae sanctitate fruuntur hypothetica hancque ob causam ad illas haud adplicare audeam omnia ea, quae de pontibus IO. RVDOLPH ENGAV \*), de aratris ALBERT. PHILIPP. FRICKIUS \*\*) ac de molendinis beatus pater CONSULTISSIMI CANDIDATI, THEOD. GEORG. GVIL. EMMINGHAUSIUS \*\*\*); non negandum tamen est, certo modo sanctitatem hanc ipsas adficere aedes. Discimus illud iam ex legibus BAIUVARIORVM \*\*\*\*), quum generatim prohibent; quo minus quis intret in *curtem alterius per vim; aut per violentiam*, hocque *scandalum generare* statuunt. Coniungimus cum iis ea, quae quibusdam in iuribus municipalibus sunt cauta et ex his saltem breuitatis causa ea nominamus, quae in statutis GERA-

A 2

NIS

\*) prolus. de regionum pontium §. XIII.

sanctitate, §. v. p. 4.


\*\*) de ararorum sanctitate, §. GEORGESCH, corp. iuris Germanici, p. 298.

XII. p. 28.

\*\*\*). de sanctitate molendinorum,

\*\*\*\*) tit. X. cap. I. et 2. in PFT.

GEORGESCH, corp. iuris Germanici, p. 298.



nis reperiuntur. Quum in antiquioribus haec leguntur \*):  
*item es soll Niemand einem Burger an sein Haus, oder vier  
 Pfaebeln sturmiglich slaben, klopfen und des Wuntzscheren:*  
*eandem sanctionem repetierunt Gerani in recentioribus sta-*  
*tutis, quae vulgavit AVG. FRID. SCHOTTUS \*\*): Idem es soll*  
*niemand einen Burger an seinem Haus oder vier pfaelen stur-*  
*miglich slaben, klopfen noch an die wand sturmen, Fenster aus-*  
*weisen oder denselben Burger oder einem andern mit Frevvel*  
*oder Ernst herausfodren, ac simul per id optime monstrarunt,*  
*quid sibi voluerint antiquiores legumlatores per verbum:*  
*wuntzscheren, manu saltim sribae sine dubio mutilatum ac*  
*corruptum; imprimis autem idem cognoscimus ex feueriore*  
*illa poena, quam nostrates ab antiquissimis abhinc temporibus*  
*statuerent in furtum, cum effractione coniunctum. Romani*  
*illam penitus ignorabant; SAXONES vero ac SALII primi*  
*fuerunt, qui declararent, grauiorem poenam subire debere*  
*furem, vbi vsque eo eius procedit proteruita, vt effringat fo-*  
*res claustraque reuellat. Significabant SAXONES \*\*\*)) illud*  
*iam haud obscure, quum, furto in aluiario apum com-*  
*misso, distinguunt, vtrum sit infra; an extrasepta commis-*  
*sum ac prius delictum capitali poena luendum statuunt: qui al-*  
*uearium apum infra septa alterius furauerit, capite punia-*  
*tur; extrasepta furatum, nonies componendum est; inprimis*  
*vero sententiam suam declararunt duabus sequentibus legibus,*  
*quarum altera haec tradit: qui noctu demum alterius effodi-*  
*ens; vel effringens intrauerit et duorum solidorum pretium*  
*abstulerit, capite puniatur; si ibi occisus fuerit, non solua-*  
*tur; altero vero haec habet: si in screona aliquid furauerit ca-*  
*vite puniatur. Prior ita clara est, vt nulla egeat explicatio-*  
*ne; posteriorem autem cum ista prorsus conuenire, facili*  
*negotio perspiciamus, si scimus, quid sit screona. Quum*

\*) *Alte Geranische Statuten, vom* 16, tom. 1. p. 145. Verba, quae re-  
*labr 1487. art. 35. tom. 11. der* citati, reperiuntur in art. xxx. p.  
*vermischten Beytraege zum deutschen* 166.

Rechb., p. 115.

\*\*\*) in leg. Saxon. tit. iv. §. 1.

sqq. p. 52. ed. GAERTNERI.

ex legibus SALICIS discimus, puellas in casis aequae ac screon-  
 nis versari potuisse:\*\*\*\*) immo duplex screonarum fuisse ge-  
 nus, quorum alterum claves haberet\*): alterum vero sine  
 clauibus esset, omnino verisimilis est coniectura GOTTFR.  
 WENDELINI\*\*), HENR. SPELMANNI\*\*\*), IO. GEORG. ECC-  
 CARDI\*\*\*\*), CAP. GVIL. GAERTNER \*) et IOACH. FRID.  
 TRESSENREYTER\*\*), notionem vocabuli screona ita se exten-  
 disse, ut ex eo forsitan multa Germanica in lingua vocabula  
 videlicet *Sebrank, Sebrein, Schreiner, Schrogen, Schavn,  
 Scheuer*, descenderent eandemque ob causam SIBRANDVM  
 SICCAMAM\*\*\*) errare, quum sub illis serinia saltem intelligit;  
 sed veteres potius omnia tuguria, condendis potissimum fru-  
 gibus destinata, screona nominasse. (\*\*\*\*) Quod SAXONES  
 docebant, idem iam longe ante placuisse SALIIS, iure meri-  
 toque adfirmare possumus. Memoratu vel minimum dignum  
 est; quod vno loco huius legis cautum est, (\*) *quicumque  
 alienam domum violenter disturbauerit, et domus si pro firma-  
 mento iberus habuisse probatur, qui hoc fecerit MDCCC dena-  
 riis culpabilis iudicetur* quodue alio loco legimus, (\*\*) *si quis  
 screona qui clauem habet, infregerit, MDCCC. denar. qui faciunt,  
 sol. culpabilis iudicetur.* Retinuerunt quoque haec princi-  
 pia BVRGVNDIONES, etsi patrios suos lares reliquerint,  
 eandemque ob causam in legibus suis auspiciis regis sui,  
 GVNDEBADI, extra Germaniam latis sanxerunt: (\*\*\*) *effrac-  
 tores omnes, qui aut domus; aut serinia exspoliant, iubemus  
 occidi;*

\*\*\*\*) leg. Sal. tit. XIII. §. 1.  
 p. 33. ed. IO. GEORG. ECCARDI.

\*) tit. XXVII. §. 15. seqq. p. 53.

\*\*) in glossario Salico vocum A-  
 viaticarum, eius legibus Salicis ad-  
 iecto, p. 185.

\*\*) in glossario archaologico, p.  
 506.

\*\*\*\*) not. ad leg. Salicam, p. 33.

\*) not. ad leg. Saxon. p. 53.

\*\*) diss. inaug. de villis regum  
 Francorum, p. 66.

\*\*\*\*) ad leg. Saxon.

\*\*\*\*) Confirmat hoc imprimis  
 id, quod in capitulari Caroli de villis,  
 cap. 49. legimus: *ut gentia nostra  
 bene sint ordinata id est de casis, pi-  
 stis tuguriis, id est, screones et sepes  
 bonas in circuitu habeant et portas fir-  
 mas, qualiter opera nostra bene peragere  
 valeant.*

\*) leg. Salic. tit. XIII. §. 3.

\*\*) tit. XXVII. §. 15.

\*\*\*\*) tit. XXVIII. §. 3.



occidi, et solum cum SAXONIBVS a SALIIS in eo discreparunt, quod quum furtum, cum effractione coniunctum, scelus esse crederent, quod morte sit expiandum, SALII more suo in locum poenae capitalis pecuniariam substituerent. Vtrum huc quoque referenda sint, quae FRIDERICVS (\*\*\*) imperator de furto sedizioso sanxit, iam non inquiram. Vel minimum illud id eo adfirmare haud conor, quod effractio sine dubio peragi quoque possit sine vlla seditione; vbi vero nostrates seculo decimo ac sexto patriae saluti prospicere studerent per saluberrimas, quas de criminibus tulerunt, leges, rationem quoque habuerunt antiquissimi illius nostratum praecepti, de furto, quod vi committeretur ac pacem laederet domesticam. In BAMBERGENSI itaque ordinatione \*) haec sancita sunt: *So aber eyn Dieb in vorgemelten Stellen yemandt bey tag oder bey nacht in seyn beausung oder bebeltnis vricht, oder stigt — — solchs sey der erst oder meyer diebstal, auch der diebstahl groß oder klein, darob oder darnach beruchtig oder betreten, so ist doch der diebstal, darzu, als obsteet, gebrochenn oder gestigen wurd, ein gefißener, gequericher diebstal: — — darumb soll in diesem Fall der man mit dem strang, und das Weib mit dem Wasser vom Leben zum tod gestraft werden.* Eadem fere verba deprehendimus in constitutione criminali BRANDENBURGICA \*\*), a CAROLO autem QVINTO idem est sancitum \*\*\*): *Idem, so aber eyn Dieb inn vorgemeltem staelen, iemandts bei tag oder nacht, inn sein beausung oder behaltung vricht oder stigt — — solches sei der erst oder mehr Diebstahl, auch der Diebstahl groß oder kleyn darob oder darnach beruchtigt oder betreten, so ist doch der Diebstahl darzu, als obstebet, gebrochen oder gestigen wirt, ein gefißener, gefehrlicher Diebstahl.* Sequitur deinde poena. Quum primum propositum esset, poenam

\*\*\*) leg. feud. cap. 27. §. 8.

\*) cap. 185. p. 66. ed. BOEHM-  
MEREI.

\*\*) Reperiuntur ea in editione  
prima, quae ann. 1510. lu-

capita-  
cem adspexit, cap. 185. p. XLIII. et  
in illa, quae ann. 1510. LXXXII.  
prodiit, et cura BOEHMEREI, denno  
est recusa, cap. 187.

\*\*\*) art. 159. et 160.



capitalem hoc in furtorum genus, omni delectu remoto, constituere, vti eleganter obseruat IO. PAVLL. KRESSIVS \*\*\*) , certo quidem modo id ex decreto ordinum imperii ita mutabatur: *darumb in diesem Fall, der Mann mit dem Strang, vnd das Weib mit dem Wasser oder sonst nach gelegenheit der personen vnd ermessung des Richters inn ander Weg, mit Ausstechung der Augen, adir Abbawung eyner handt oder eyner andern dergleichen schweren Leibstraf gestraft werden soll; simul tamen satis euidenter per id declarat legislator, furem, qui furtum cum effractione committit, ordinarie capitali poena esse adficiendum.*

QVVM hoc modo pax illa domestica ex sententia maiorum nostrorum ipsam domum tutam reddit ab omni impetu: in primis securitatem praestat iis personis, in quarum fauorem sanctitas aedibus est adsignata. Constat illa partim in iuribus, spectatim iis, qui eiusmodi aedes inhabitant, competentibus; partim in iure ἀσολίας, omnibus illis vtili, qui in istas confugiunt. Si primum ad illa commoda respicimus, quae ex sanctitate aedium istarum domini adipiscuntur: pace ante omnia fruuntur domestica, vbi illos factos reclusos ab omni vitae periculo conseruat; nec aliud obtinet, si flagitium quoque commiserint, ob quod impune alioquin sunt necandi, vti clare ex iis constat, quae iubent SAXONES aequae AC FRISII, quum illi dicunt \*): *qui hominem propter fandum in propria domo occiderit, capite puniatur; hi autem \*\*): homo fidosus pacem habeat in ecclesia, in domo sua, ad ecclesiam eundo, de ecclesia redeundo; ad placitum eundo, de placito redeundo, qui hanc pacem effregerit et hominem occiderit, xxx. solidos componat.* Neque vero minus quaeuis iniuriae longe grauiore poena coercentur, si domino aedium iniuris inferuntur ideoque non potest fieri; quin pax domesti-

\*\*\*\*) nor. ad C. C. C. aut 159. p.

\*) leg. Saxon. tit III, §. 4. p. 51.

\*\*) adit. sapient. tit. I. p. 110. ed. CAERTNERI.

ca istum ab iis tutos praestet. Prohibent hanc in rem statuta CASSELANA \*\*\*) *omnem violentam impeditiorem*, domino aedium inferendam; idem vero fit in iuribus municipalibus HALENSIBVS aequae ac GERANIS; ea tamen ratione, ut alia loquendi formula utantur HALENSES; alia autem GERANI. Quum illi haec proferunt \*\*\*\*): *vnd queme daruber jemant in sein Haus bey tage oder bey Nacht, heimlich oder offenbahr, der ihme oder sein Gesinde wollte ayges warten*; hi rem eamdem ita significant \*): *es sol Niemand — einen Burger in seinen Hufß oder vier pfaelen mit enigelley unrecter That nicht anfertigen*. Quum verbum *anfertigen* aequae ac loquendi formula: *ayges warten* unam eamdemque sustineret rationem, ac in primis *anfertigen impeditre aliquem* denotaret, uti ex legibus antiquis GOSLARIENSIBVS \*\*) MVHLHVSINIS \*\*\*)) aequae ac BRVNSVICENSIBVS \*\*\*\*)) luce clarius constat: imprimis quilibet cauere debet, ne quis alteri in domo sua iniurias inferat reales; nihilo tamen minus verbales quoque sunt interdictae. STADENSES \*), HADELENSES \*\*), HAMBVRGENSES \*\*\*)) atque AVGVSTANI \*\*\*\*)) realium saltem iniuriarum mentionem faciunt; HALENSES \*) autem earum quoque meminerunt, quae verbis solent peragi: *der ihme oder sein Gesinde wollte ayges warten, an Leibe oder an Gute, mit Worten oder mit Wergken*. Efficit tandem sanctitas aedibus tributa, ut quarundam in ciuitatum iuribus nunciis publicis, ciues ex aedibus suis in ipsos vocare sit interdictum hocque

\*\*\*)) in KVCHRNBECKERI *anal. Hass. coll. IV. p. 263.*

\*\*\*\*)) apud DREHAPPTIVM in *der ausfublichen Beschreibung des Saaleresses, tom. I. p. 316.*

\*) *art. 35. tom. II. der vermischten Beyträge zum deutschen Recht, p. 87.*

\*\*)) in *leg. Goslariensibus, num. 16. tom. III. script. rer. Brunsvic. LEIBNITII, p. 458.*

\*\*\*)) apud LEIBNITIVM, *loc. memor. p. 435.*

\*\*\*\*)) apud GRASSHOEVIUM, in *antiqu. Mulhus. p. 232.*

\*) *part. X. et I. p. 92. ed. DE GROTHAVS.*

\*\*)) *part. II. tit. V. in IVEN-DORFII obs. iuris vniuersi, tom. I. p. 49.*

\*\*\*)) apud WESTPHALEN, *tom. IV. mon. rer. medii p. 3015.*

\*\*\*\*)) *cap. 184. tom. IV. der vermischten Beyträge, p. 192.*

\*) *loc. memorat.*

que nomine imprimis est memoranda sanctio ORLAMVNDANA \*\*): auch sal kein Landknecht adir bottel kein gebot thun in keyns Burgers haus; praeterea autem silentio haud omitendum est asylum, quod quilibet in sua domo habet pro se omnibusque iis, qui in illas confugiunt. Illud iam FRISI \*\*\*)) haud obscure significabant, quum cuiuslibet domum cum ecclesia compararent; verum tamen documenta eiusdem rei euidentiora nobis praebent aliae leges. In CASSELANIS \*\*\*\*)) statutis haec legimus: *si quis forte per aliquem prouocatus aut ebrius; vel naturali furore repletus; sanguinem cuiusquam effuderit, aut quemcumque interfecerit et locum congressionis euadens in domo sua se recepit; vel si in domum alicuius cuius fugerit ab omni violenta impetitione securum esse volumus.* Cum iis conueniunt, quae in diplomate Ottonis, ducis Brunsvicensis ciuitati GEMVNDEN \*) anno cccccxxxvi. concessio, sunt cauta: *item, si quis in ciuitate conciuem suum occiderit, siue etiam alienum et faetor homicidii in domum propriam venerit, pacem ad sex hebdomades obtinebit et si intra terminum nominatum reus componere non potuerit, ipso remoto vxor eius et paruuli cum firma pace intra ciuitatem per annum manebunt et si compositum non fuerit, saluis omnibus bonis suis exiunt, postquam annus fuerit euolutus; alia autem charta, ciuitati Holzmuendenfi data, haec continentur \*\*): vnusquisque profugus habebit pacem in domo sua; nisi iudicio iusto extractus.* Qua ratione sit extrahendus, haud docetur; verum tamen illud discimus ex statutis ORLAMVNDANIS \*\*\*)), quae sequentem exhibent sanctionem, profecto memoratu dignam: *Item gesche eyn tad in eyns burgers huse, oder wiche eyn tbeter in eyns burgerls huse, so magk der richter nach folgen vor diet bur daselbist, salher denn bencke setzin vnd cyngerichte bestellin vnd den tbeter vsß des burgers huse gewynne mit gerichte vnd rechte.*

## B

## QVVM

\*\*)) tom. II. der vermischten Beyträge, p. 72.

\*\*\*)) loc. mem.

\*\*\*\*)) loc. citat.

\*) in KYCHENBECKER wach.

von der Hess. Erbhofmeistern in decum. p. 9.

\*\*)) apud HALTAUSIUM in glossario, tom. I. p. 843.

\*\*\*)) loc. cit.

QVVM tam diuersa ratione sanctitas illa aedium sese ostendit, vario quoque modo illa secundum maiorum nostrorum principia violari potest; vbi autem illud euenit, committitur ein *Hausfriedensbruch*, die *Heimsuebung*, crimen, quod grauissima coercendum erat poena. Eam nonnunquam fuisse capitale, discimus ex legibus SAXONVM \*\*\*\*) iure antiquo SVERINENSIS \*); neque minus statutis CELENSIBVS \*\*) ac BRVNSVICENSIBVS \*\*\*) quibus quoque DITMARVM \*\*\*\*) iungere possumus; alii vero mitiores fuerunt. Quum iam quondam FRISIIS aequae ac BAIVVARI \*) multa, quadam facinus hoc coererent, hac in re sequuti illos sunt ARGENTORATENSES \*\*). SPIRENSES \*\*\*) ac HADELENSES \*\*\*\*), GOSLARIENSES \*) hominem, qui semel pacem violasset domesticam, ea quoque indignum declarabat: MVHLHVSANI \*\*) autem, HAMBVRGENSES \*\*\*) ac STADENSES \*\*\*\*) distinguebant, vtrum is, qui pacem domesticam violasset, in ipsis aedibus, quibus flagitium commiserat; an extra eas sit captus 'et solum eum temeritatem suam morte luere volebant, si statim retentus fuerit in domo eius a hospite.

HAEC sunt praecepta maiorum nostrorum de pace domestica; ea vero nostra aetate haud penitus sunt abrogata, quumque vel minimum violatio eius poena arbitraria coerceri solet, et delictum cum illa coniunctum, ideo, quod simul

\*\*\*\*) *loc. laud.*

\*) apud WESTPHALEN, *rom. VII. monum. ineditor.* p. 641.

\*\*) apud LEIBNITIVM, *rom. III. script. rer. Brunsvicensium*, p. 45. 83.

\*\*\*) apud EVMDEM, *loc. mem.* p. 435.

\*\*\*\*\*) *Lib. VII. p. 402.*

\*) *loc. cir.*

\*\*) apud SCHILTERVM in *not. ad KOENIGHOVII Elsass. Chronic.* p. 704.

\*\*\*\*) apud CHRIST. LEHMAN. NVM, in *chronic. Spir. libr. III. cap. 16.* p. 285.

\*\*\*\*\*) *stat. part. IV. tit. v. apud EYENDORFIUM, rom. I. obs. iur. vniu.* p. 49.

\*) apud LEIBNITIVM *loc. cir.*

\*\*) *statut. Muhlhusan. antiquis*, in BENIAM. CHRIST. GRASSHOFFII *comment. de orig. arque antiquis. S. R. I. civ. Muhlhusae*, p. 234.

\*\*\*\*\*) *loc. laud.*

\*\*\*\*\*) *loc. memorat.*

securitas haec sit turbata, grauius punitur\*), illam adhuc ob-  
tinere, iure adfirmo. Ego vero iam ad principem huius  
scriptionis partem peruenio atque solemne illud certamen in-  
dico, quo

PRÆNOBILISSIMVS IVRIVM CANDIDATVS

IO. ERNEST. BERNH. EMMINGHAVS,

IEENENSIS,

viam sibi parabit, ad adipiscendos honores, ipsi ab illustri iu-  
risconsultorum ordine decretos. Quum sequentibus verbis  
rationem nobis reddiderit temporis, inhauriendis legitimis di-  
sciplinis ab ipso consumti:

**E**GO IOANNES ERNESTVS BERNH. EMMINGHAVS primum hanc  
lucem adspexi Ienae, die X. Ianuarii anno MDCCLII. Patrem  
habui THEOD. GEORG. GVIL. EMMINGHAVS, Iuris vtriusque Do-  
rem et in hac Academia Professore publicum; auum IOANN. DAN.  
EMMINGHAVS, Comitatus Saynensis antistitem supremum, et concio-  
natorem aulicum; matrem vero omni pietatis cultu prosequor, DO-  
ROTHEAM HENRICAM, IOANNIS BERNHARDI WIEDEBVRGII,  
consiliarii quondam ecclesiastici et in hac musarum sede Philosophiae  
et Matheos Professoris, filiam. Quod a primis fere incunabulis co-  
gnitionis humanae rudimentis et religionis christianae principiis sim  
initiat, id pia mente optimis parentibus acceptum refero. Vix  
autem in eo eram, vt primas scientiarum lineas capere possit inge-  
nium, quum pater summe deuenerandus, morte satis praenatura mihi  
eriperetur. Restabat tunc mater dilectissima, quae omnem proinde  
curam et operam in eo collocauit, vt dignum me redderet, aliquan-  
do orbis litterati municipem. Quare primum domesticorum instructo-  
rum disciplinae traditus sum, donec anno aetatis duodecimo praestan-  
tissimus cognatus, Summe Reuerendus IO. CHRIST. BLASCHE ido-  
neum me iudicabat, qui publica eius institutione vti possim. Dehinc  
per aliquot annos ex huius viri meritissimi opera et informatione in  
litteris, quae ad humanitatem pertinent, magnos profecto fructus per-  
cepi, nec vnquam memoriam meam excidet, quanta in me sint eius-  
dem praeclarissima merita. Ipso demum suadente, ad altiora satis  
praeparatus et iam antea, a Viro Perillustri, ACHATIO LVDOV. CA-  
ROLO SCHMIDIO, Serenissimi Vinariensis Cancellario, tunc Acade-  
miae fauces tenente, in numerum ciuium Academicorum receptus, ad  
studium iuridicum accessi, et primum quidem litteris philosophicis me

B 2

\*) CHRIST. COLERVS, *decif.* LEYSERVS. *spec. dicit* V. C. 10.  
155. DAN. MOLLERVS *ad const.* CHRIST. KOCH *element. iuris cri-*  
XLVI. *part. IV.* BENED. CARPZO- *iminal. lib. III. cap. L. p. 445.*  
VIVS *part. IV. const. 13. def. AVG.*

inbuentum esse, duxi. Itaque collegium *historiae statuum* viri quondam illustri, IOACH. ERDMANN. SCHMIDII, cuius memoria ab omnibus celebratur, et praedlectiones beati IAC. RAVII, Iurium Professoris, dum viveret, celeberrimi, in *Iure naturali* frequentavi, quo tamen pie defuncto, conf. SALZMANNVM idem explicantem audiui; principia *Matheseos et Physicam* me docuit auunculus maxime deueniendus, Ill. WIEDEBERG, *Logicam* Summe Reuerendus POLZIVS. Posthaec disciplinis Iuris ciuiliis interesse inchoavi, et Ill. IOANN. LVD. SCHMIDIVM, *Institutiones*, ill. autem WALCHIVM, praefidem et fauorem summis honoribus prosequendum, *Ius Germanicum, Canonicum, cambiale et artem ex actis referendi* tradentem, audiui; itidem in Iure canonico, Excellentissimum SCHEIDEMANTEL, et in Iure publico laudaram IOACH. ERDMANN. SCHMIDIVM, praeceptorem habui. Non sine insigni etiam emolumento gauisus sum institutione Perill. HELFELDI, *Iurisprudentiam forensensem STRUVIANAM, Pandectas, Ius feudale et criminale* explicantis, et generosissimi de SCHELLWITZ *principia praeceos iudiciariae* docentis. Omnibus hisce praecellentissimis doctoribus, multis nominibus me obstrictum esse, gratissima mente profiteor; nec possum; quin publice hic declarem, quantum debeat conatibus auunculi semper pie colendi, consult. CHRIST. IVST. WIEDEBERGII, praefecturae Allstadiensis iuri dicundo praepositi, qui eximiam in me instituendo curam posuit. Peracto tandem cursu academico, insignis mihi animum intrauit cupido, exoticarum regionum visitatione amplio rem mihi rerum humanarum cognitionem acquirendi, quare eo faciliorem me praebebam, prouinciam morum gubernatoris, generosissimorum ac illustrissimorum quorundam Liouensium iuuenum mihi delatam accipiendi. Per sex fere annos hoc munere functus, consilium iterum cepi ad patrios lares redeundi, et ab inclyto Iuriconsultorum ordine ad examina consueta beneuolenter admissus, omni, qua decet, obseruantia petii, vt me summis in Iure honoribus adornare velint.

non potuit fieri; quin nobis magnam commoueret expectationem progressionum, quas in Iure fecit. Eam omnino feliciter expleuit in vtroque examine. Quumque nihil restat, quam vt meis sub auspicijs disputationem suam inauguralem de *femina mutuum contrahente beneficiorum mulierum experte* crastina luce defendat: publice id significo ac simul MAGNIFICVM ACADEMIAE PRORECTOREM, PATRES VENERANDOS, HOSPITES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMOS AC GENEROSISSIMOS ET NOBILISSIMOS COMMILITONES meo meique ordinis nomine rogo ac contendo, vt actum hunc benigne praesentia sua condecorare velint. P. P. d. XIX.

Iun. anno post repar. salutem CIOCCCLXXXVIII.

(L.S.)

Jena, Diss., 1778-84

X 230 94 55







1278,4

INGVLARIA GERMANORVM INSTITVTA

DE

# CE DOMESTICA

PROGRAMMA TERTIVM

QVO

PRAENOBILISSIMI IVRIVM CANDIDATI

RNEST. BERNH. EMMINGHAVS

IENENSIS

DISPVATIONEM SOLLEMNEM


D. XX. IVN. AN. CIDIJCCCLXXVIII.

INSTITVENDAM

RITE INDICIT

FRID. WALCHIVS, D.

ORDINIS IVRISCONS. H. T. DECANVS.



I E N A E

TYPIS STRAVSSIANIS.

